



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

XXX. De filia episcopi, vel presbyteri, quae fuerit deuota, & peccauerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

tea errauit, non offerat; sed tantum pro religione Can. 9. & 10.
* In alia editione bac infer- ta sunt. Sin autē non ipse confessus, sed ab alio publi- ce fuerit cōuictus, nec hoc ipsum ha- beat, vt nomen prelbyte. Simili- et cetera, &c. nomen presbyteri portet. * Similiter & de diaconi- bus seruandum est, vt si ipse confessus fuerit, ordi- nem subdiaconatus accipiat.

XXXVI.

Si quis viduam aut ab alio dimissam duxerit, † defensio- ne est apud Gratianum: verum Gre- goriana no- ta videtur probare hāc lectionem, & Conciliū Tribut. c. 11. Hieronym. epist. 128. ad Fabiolam, sic interpre- tatur viduā eiusdem & meretricē: Vidua, in- quis, est eu- ius maritus est mortuus; eius est, qua a mati- to viuente proiicitur; meretrix, qua multo- rum libidini patet. non admittatur ad clerum; aut si obrepserit, reii- ciatur: similiter si homicidii, aut factō, aut præce- ri porter. Simili- Dist. 14. cap. Si laici. & dicitur, ex Concilio Martini pa- pæ. pto, aut consilio, aut [†] affensione post baptismum conscius fuerit, & per aliquam subreptionem ad clericatum venerit, deiiciatur, & in finem vitæ suæ communionem non recipiat.

XXXVII.

Si quis presbyter aut diaconus fuerit fornicata- tus aut mœchatus, proiiciatur, & agat pœnitentiam.

XXXVIII.

Si alicius laici vxor in adulterio fuerit depre- hensa, hic talis ad ministerium ecclesiasticum nul- lo modo adducatur. Si autem post ordinationem, alicius clerici vxor adultera fuerit, dimittat eam: si autem cum ipsa voluerit permanere, a ministerio alienus sit.

XXXIX.

Si qua vidua episcopi vel presbyteri aut diaco- Dist. 18. Si qua vidua. ex Concilio Tolet. I. cap. 18.
* religio- fa perso- na
* tamen ni maritum acceperit, nullus clericus, nulla ^{*} re- ligiosa cum ea conuiuum sumat, nunquam com- municet; morienti ^{*} tantum ei sacramenta subue- niant.

XXX.

Si deuota fuerit, & maritum duxerit; si eam pa- ter vel mater in affectum receperint, a communio-

Concil. Tom. 12.

Rrrr

ne habeantur alieni. Pater vero causas in Concilio se nouerit præstaturum ; mulier vero non admittatur ad communionem , nisi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem viuente eo recesserit & pœnituerit , communionem in vltimo vitæ deficiens accipiat.

x x x I.

Deuotam peccantem non recipiendam in ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis ; & recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem , ad nullius conuiuum Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit , etiam ea quæ illam receperit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit , non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc viuente ipso marito , caste vixerit , aut post ipse de hac vita discesserit.

x x x II.

Nullus episcopus, neque presbyter, neque diaconus , neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se quasi adoptiuam aliquam mulierem , quasi in loco * filiæ , aut matris , nisi forte fororem veram ex germanitate, aut fororem vel matris vel patris, & illas solas personas quæ ab omni mala suspicione alienæ sunt. Similiter & religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem & confortium prohibemus , & eorum qui nec in Dei timore subiecti sunt, nec continentiaæ retinent disciplinam.

x x x III.

Si quis in contemptu positus presbyter vel dia-

* filiæ,
aut foro-
ris, aut
matris,